

rones... **A**lexandra... **M**...
 lib... **M**...
 et... **I**...
E... **H**...
 et... **P**...
 et... **E**... **G**...
S... **P**...
 et... **E**... **H**...

4, 131 / 9048

II / 131

I.

II.

III.

III.

V.

VI.

VII.

VIII.

X.

XI.

XII.

2
AUGUSTI
GYMNASII GORLICENSIS
PALAESTRA

ORATORIO-POETICA,

^{b. c.}
EXERCITIA ORATORIA
ET POETICA,

publicè,

nunc in Perorantium Cathedra, nunc in
aliquo peculiari Pegmate, nunc in

Theatro Scenico,
Florentissima Juventutis Scholasticae Corona
Gymn. Gorl.

infra

Doctrina instaurata ac recognita

SEXENNIIUM,

et quod excurrit,

AUDITORIBUS aequè ac SPECTATORIB,
ERUDITIS,

MODERATORE

M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECT. GORLIC.

pleraq; à proò lè sò ~~uatos~~, ut Gr. amant libri,
et ex prompta memoria,
exhibita.

TOMUS III TIUS



ALBERTI

GYMNASII GÖRLITZENSIS

PALASTRA

ORATORIO-POETICA

EXERCITIA ORATORIA

ET POETICA



Publice
in Gymnasio Görlitzensi
auctoritate
Magistri
György Gölke

Doctores

SEXENNIVM

AUDITORIIBUS

ERUDITIS

MODERATORIBUS

M. CHRISTIANO TINCIO

RECTORI

Magistro

TOMAS IIIIUS

ACTUS
TRENITICI TRIPARTI

II
ACTUS

SYMBOLICO-EUCHA-
RISTICO-SYNTACTICA

PROLOGUS

Friede sey mit Euch! Mit diesem Brüd
 und Auz, mit welchem mehmalts seine de
 postel und Jünger die große Friedens-Fürst in
 den Tagen seines Fleisches gegnset und geknset,
 und noch heute zu Tage die Fäden ein ander grünen
 und Knäßen, umfah die allerseits, Dochwertbeste und Be-
 ehrtete Dienen, ich, bey dieser o. d. d. lichen Friedens-Band
 hing nicht unbillig. Denn der Döchte, welcher alle unsere
 Feinde hören und darüber sich nutzzen, hat den stliche
 Fahren hore vorjagten Frieden widerbracht, und hirclich
 unsern Feindfertigen Kniefürsten, den Durchlauchtigsten
 Fürsten und Dienen, Derau Johann Georgen von An-
 dern, also und vorgestalt referiert, daß Er mit seinem
 hohen Ansehn im umfahm selbst wergängen und in der
 Friedens-Fürsten und seine untrügliche gehorsame Nach-
 folge befohlen. So sagt ich demnach, bey dieser mei-
 ner Brüderts nachinnacht: Friede sey mit Euch. Friede
 sey in der Kirchen, jedoch daß sie streitend bleibe, und
 nitmalts unterlassen werde, wieder die Furchtner u.
 Spaltungen zusehen. Friede sey im Regimente, jedoch

daß es eine Weckstatt der Bewusstheit bleibe, und
 man niemahls nachlässig sey von Lasten des Krieges
 zückendigen. Friede sey in allen Dingen, insofern daß die
 Kommissariate bleiben, an dem was in der Christl. Kirche
 schadet noch Ungehebe wieder den Frieden, die wir
 und unsre eigen Fleisch und Blut vermindert und an-
 führt werden können. Da ich aber also, meinen
 verweidhet, und Frieden Thun allseits, Doch Chur-
 und Pöblichste, angewandt, gelangt nunmehr
 Falte allseits man vernünftige sehen, daß die hochge-
 geneigt gerufen wollen an dem bevorstehende
 Friedenshandlung, zu dem Zweck und höchsten
 Vorstellung ich gegenwertige Personen allzusammen
 angederhet habe, auch diese müste bald wieder ab-
 sen werde, wie fremde Augen und gültige Thun
 an dem durchsamen Bemühen zuzuwenden. Ein
 weil solche Handlung nicht an dem innern wegen
 notwendigen Willen nicht dargestellt werden
 wollen die nicht allein heute mit dieser Thun an-
 lichen Begnugung begünstigen wehauen, sondern
 Morgenden Tags Nach Mittag, gegen ein Uhr, und
 Morgen, so es Bode geliebet, nicht zwao Nach Mittag,
 von wegen bevorstehender Zeichenbegangnis, ~~an~~ in
 ansehnliche Vor Mittag gegen acht Uhr aben in
 durch Vorher tuden Frequenz fremde willigt wieder
 non wie allseits werden solcham hohe Zeichnung im
 Mühen nicht allein mit dankschuldigen Bemühen
 non, sondern auch mit allen ansehnlichen Diensten
 gebührenden Anwartungen zuzuwenden wissen
 ich inzwischen mit denen, die heute nicht gehört
 können, abwa, und mich ihnen zum schönsten
 (gottesdienst)

Dixit
 JOACHIMUS Caprivi,
 Got. Lus.

Si res
 animi la
 rum cla
 bonarum
 blice sen
 imprimi
 Curia, in
 vit. Non
 in Ludin
 Cerumpul
 fert. In
 parame
 publice n
 potest mu
 tendum,
 mereant
 ac locu
 Sic conso
 consultat
 instituen
 ument
 publice
 proponen
 nem ele
 a pristina
 splendia
 abire v
 nam ex
 decreve
 sen ten

257

Ad
ACTUM SYMBU
LEUTICUM

de
PRÆRUGATIVA PA

CIS
BELLICÆ

INVITATIO.

Si res hujus universi juxta se positas paulò altiùs equà
unimi lance expendimus, magna ceste, Auditoris cuncta-
rum classium Spectatissimi, argumentorum, quæ in Scholis
bonarum artium ac partium palastri, Ecclesiæ ac Reipu-
blice Seminariis, omni sapientiæ, virtutis ac eloquentiæ,
imprimis Religionis incorrupte officinis, quæ in Aulis, in
Curis, in Castris, in Comitibus tractantur, discrepantia occur-
rit. Non parum, inquam, Argumentorum Tractatio, quæ
in Ludis literariis obtinet, ab illa, quæ in totidem publicis
Reipublicarum conventibus usitata est ac recepta, dif-
fert. Illic namq, præludia tantum Vitæ Civilis ac præ-
paramenta quædam, isthic verò seria et grandia Rei-
publice negotia veniunt expedienda. Utrobis tamen illa
potissimum miris modis argumenta, de quibus fortè dispe-
tendum, in eo conspirant: ut maximam et insignem etiam
mereantur commendationem, quæ temporibus, personis
ac locis proxime sunt accommodata. Postea quædam ergo
suis consortibus meis, quos utrinq, circumfidentes videtis,
consultatio quædam, hoc ipso restitute PACIS tempore,
instituta: neutiquam diu dubitarunt, quoniam de Ar-
gumento post non ita pridem celebrata Pacis Soteria
publicè sermo faciendus foret. Quin ex tanta rerum
propionendarum varietate hujusmodi præcipuè quæstio-
nem elegerunt: quæ neg à presentis ævi fato, neg
à pristina cathedra hujus Sonore, neg impetrabili totius
splendidissimi, quod nos ambit, Auditorii, gratiâ procul
abire videretur. Nimirum de Pace et Bello, quæ-
nam ex iis præferri mereatur, Consultationem instituire
decreverunt, eandem materiam, magnoperè ut præ-
sens tempus, ita ad presentem quadrare locum

existimantes. Verumentimvero, quod ut quisque vestitus
est, Venerandi Auditores; qui ignoret, totum Sunc
quod patet, (patet autem latissime, patet lon-
gissime) Europaeum orbem, si extrema ejus ad ortum
confinia excludamus, divino coeli fauentis munere di-
desideratam, precibusque omnibus exorata Pacem ite-
rum impetrasse, hujusmodi audum altissima quiete perfru-
cepisse, Solis adhuc orientis, ut dixi, terminis bello di-
stentis. Usque quod videlicet adolescentiae meae memoria
porrigit: primum Pacificationis festum celebrarunt
Graeci: proxima Pacis ac Tranquillitatis vestigia legerunt
Hispani: **H**ilaria sua Pace obtenta exierunt Germani
exierunt et Oetera Pacis, feliciter inuicem domi et
re reconciliati, Dani ac Sveci. Ut novissimum nimirum
in Septentrione bellum, inter Cimbrum et Svecorum, nesci-
quod iratorum amorum divertio vehementissime collisio-
geri coepit: ita et novissima inter ipsos, Saccis, sanguis
terra marisque vicinis, Pax coaluit, atque simul utriusque
desiderata quietis rediit: nisi quod bellum adhuc belorum
inter et Turcas, Turcas inter et Russos, Male con-
tentis inter et Caesarem, in Hungaria geratur.
Ut impetus ac minas Turcarum, Hungarum aliquoties
intentatae, taceam. Sed redeundum mihi ad propo-
situm: quum sufficere videatur, me commemoratione
istae satis abunde ostendisse, illam de **BELLI** et **LET-**
CIS Prerogativa consultationem, quam Vobis, Magni
Viri, arbitris ego et fraterni si Commilitones mei
ditamus, non velut a temporis hujus genio alienum
improbari posse. Manifestius interim res de loco est: ut
pote cui et ipsi conatus hic noster intime congruit: quod
vestrum, Auditores, neminem lateat, famigeratissimum
hoc ad Nisiam Gymnasium non alia fini erectum
atque ab Augustissimo olim Imperatore, Maximiliano,
largiter donatum esse: nisi ut cum **BELLI**, tum **LET-**
CIS artes, quod pariter et literarum studia collima-
pari semper passu ambularent, inque hoc superiori
ditario a florentissima juventute, quae civilibus quibus
negotiiis, feliciter aliquando expediendis, destinata,
assiduo conatu a Politicis, ex Historicis lectionibus
haurirentur. Ceterum de personis quid dicam
obstat certe modestia, atque silentium imperat nobis
ne de propria causa iudicemus: quum optimus quod
magis alieno gaudeat, nec partibus addictis iudicari
Laudari a laudatis viris, politissimus Epistolographus

Q. A.
merces
Suspicio
lectama
xit ad
nihil sit
resiliam
reformid
nio, dign
mo hoc
tationis
elem pro
preferri.
mhi pas
tico ser
hoc ipso
ru satis
a vene
tuabus
Quod
ditores
moperi
excipien
qua pol
veritate
adium
currere

Q. Aurelius Symmachus inquit, ea demum vera
 merces est ingenii. E Vobis vero, e Vobis, plurimum
 suspiciendi Domini Auditores, plurimos confluisse videmus
 letamur: quos aegros amavit Jupiter, et simplex eve-
 xit ad aethera virtus. Ideoque, quum penitus penitus
 nihil sit, quod vel jubeat, vel impellat: ut a proposito
 resiliamus, aut sinistram judicium, ab aegritudine vestra
 reformidemus: dignam presenti temporum nostrorum ge-
 nio, dignam Augusto seu Athenaeo dignam splendidissi-
 mo hic consessu, dignam denique Vobis, varissimi consul-
 tationis praesentis socii, materiam vestris suffragiis tan-
 dem propono atque propono: Paxne, an Bellum mercatur
 preferri? Tuum, varissime Commilito, qui proximus
 mihi pars a latere, primam de proposito themate poli-
 tico sententiam e scrinio pectoris exprimere: ut vel
 hoc ipso praepriis tempore, quo Bellum desit, Pax ve-
 ro latit diu exoptata, deo feliciter dante, redit,
 a venerabili Auditorio cognoscatur: cuinam ex his
 duabus rebus, Bello, an Paci prerogativa debeatur?
 Quod superest, etiam atque etiam a Vobis nunc, Au-
 ditores omni honoris genere copiosissime mactandi, sum-
 moperè contendo: ut dicturis his, qui me ordine justo
 excipient, benevolis auribus mentibus aequum pro ea,
 qua polletis, prudentia ac multiplici eruditione, de
 veritate rei propositae judicium laturi, adsitis: qui
 stadium illud instituti sui, quod sibi praesignarunt, de-
 currere vestra cum gratia faventia, possint.
 Dixi.

Johannes Heitavius de Nostitz
 Epus. Lenc.

SUFFRAGIUM.

de PREROGATIVA PACIS.

Si inpraesentiarum mihi, Viri Nobilissimi, Anglissimi, Excellentissime, Consultissimi, Prudentissimi; Viri item plurimi Reverendi, Excellentissimi, Juris utriusque Peritissimi, Perientissimi, Clarissimi, Præstantissimi, Doctissimi, Tuque lectissima lectissimorum juvenum Corona; Si, in ista Isocratis jam mihi jucunditas, Lyſidæ subtilitas, Hypodamii acumen, Aſchines ſonitus, Demosthenis vis, aut alia quæ eloquentia divina contingeret: larga omnino orationis copia effundere, aut mellitis verborum globulis tudere lem: ut sic quidem paulo copiosiori de hac politica oratione inter vos oēs, i. ipso Momo iudice, constaret, ac planum fieret; Pacem dico multis post se parafatis bellum, rem minime bellam, relinquere. Ime miserum vero! cui tot tantaque dicendi obstant difficultates: ut, et l. ipse Tullius, aut Demosthenes forem, vix superare posset! Ecce n. primum mihi obstat mea adolescentia, quæ in hac ipsa ineunte ætate cum iudicii de rebus adhibitis ferendi infirmitate conduplicari solet. Deinde sententiarum de Pacis ac belli geminentiam terrent difficultas: quæ ipsa quæ tam varia sit, ut mentem non nisi in diversa trahere possint, atque in arcipitia collocare. Est et natura plerumque rerum Civilium, quod pax, et bellum sequuntur, variabiles, tan variabiles: ut ingens negotium, commutabile sepe levicula circumstantiarum, quæ vocant, constantid, prerogativa sui splendore amittat: quæ alio habitu, aut conditione paululum aliam, visum erat insigniter custodire. Temporum imprimis, ac casuum rerum multiplex, ac diversa ratio non exiguum injicere mihi debet scrupulum.

Eterim
sin qui
impialio
mereri
ptus ali
quam po
Sunt a
ad toni
iungere
fecto lo
qui a
primis,
cipes Po
sago
impii, Co
fert Por
rorum, a
ego h
ad eos, a
ita n. g
luere
am
ciquis
d'ipfe
facilig
tu semp
breviser
pliciter
aliis
bili
luc' att
santuri
scultatu
thq, ut
si ante

Etenim, si inquieta illa fuerint, motibusq; obnoxia, belli;
 si quieta, et à turbis libera, Pacis artibusq; impantes,
 impialiumq; negotiorum Administratos Prorogativam non injuria
 mereri videntur. Quid de illis deniq; dicam: quos q; conce-
 ptus aliquis error à sententiâ debilib; licet, d. altius,
 quam par est, admissis fundamentis, vi timoveri patitur?
 Sunt n. hodie, sicut et olim fuerunt, haud pauci, q; oia
 ad dominationem referre, et honestu ab utili genit; se-
 jungere nos est, quid conducat unice spectantib;. At si
 affecto longe aliter de Pace belloq; judicabunt, quam
 qui à proposito isthuc sunt alieniores. Quia isti n. cum-
 primis, qui magno numero statuunt, cunctos rex Prin-
 cipes Pontificali subiacere arbitrio, nunc togâ, nunc
 sagâ Constantia attribuant: put hoc, aut illud sumo
 Imperii, Consiliorum, et Majestatis Diribitori, qualem se Rom.
 Pontifex, visum fuerit, ac complacitum. Quicq; v.
 horum, aliorumq; sit, q; obstare mihi dicturo possint:
 ego h. nihil talia moratus, affecta Consultationis q;
 adeo, atq; Pace bello multu constare, bonâ fide dicam.
 Ita n. existimo, neq; post longa meditatione aliter sta-
 tuere possum, quam Pace bello longe multoq; Constantis-
 simam censendam, atq; mea Reump. Sumatib;, horumq; q;
 ciquis Ministris, majore q; bello ore comendam esse.
 Dissip. v. ut in animom vestroru recessus influere
 faciliq; possit, agite q;so, submisso obsequio, debitoq; cul-
 tu semp; p;sequendi, honorandiq; Dni Auditores, a q; mihi
 breviter de Constanti teneate, et, uti mea fert illas, sim-
 pliciter dicturo, audiendi grâam, ac p;spicitudinem,
 aliis sapissime concessam, p; d;quitate, ac inredi-
 bili humanitate vestra, quam inclusa pectorib; sono
 tuo attulistis, concedite, non minus aures, quam linguas
 lauturi, s. e. compressâ voce, et attentâ mente au-
 scultaturi.
 Atq; ut ab ovo, quod ajunt, rem ordiar, definienda mi-
 hi ante omnia pax est. definiendu et bellu mihi est.

Id a. utrumq; quum n̄ tam neis, quā magis Grotii ac sinou
bis facturis sim, arripiate aures, Viri suspiciendi, et nobis
dile. Ecce n. sumū illud Sapientia Oracula, vivūq; Germanico
olim miracula, Viri stupendā eruditionis aureo de belli sic
b. et p. ope insigne Coeli donū ac bonū, q̄ l. ipsū vobis ob
dulse ē, Pacem n̄. per statū Reip. à certantib; p̄temporari
vim quietum definit. quum bellū q̄ adverso statū sit
vim certantiū, quā tales sunt. Elegans n̄. d̄. q̄
v. elegans tantū, ac conveniens, d̄. et accurata
his, atq; arguta rei descriptio! Obtinuit videt. usus
ut utraq; res non tam actionis, (quo sensu Tullig be
certationē per vim, pacē à vi cessationem dixit) q̄
statū n̄. indicetur: ita ut et bellū sit statū, et
sit statū: ille q̄. per vim certantiū, hic v. à cert
tib; per vim quietus. Quod generalitas d̄. illa bellorū
Pacis gr̄a comprehendit: de q̄b; deinceps incomparabilis
Grotig incomparabili suo Opere agit. Neq; n̄. ibidem
privatū occurrit bellū: ut quod reip̄a p̄rig sit p̄terena
Seco, et hanc dubiē cum publico cōmuni habeat
iura, indeq; et ipsū uno, eorū p̄prio n̄. signandū
serum, si utriusq; rei et latinam, et Gr̄icā vocē spect
satis conveniens, et apta cum in latio, tū in Gr̄
est derivatio. Latinorū n. pax, h̄. a pactione, l. a
p̄d̄v̄er, s. quiescendo, Gr̄icorū v. εἰρήνη, παρὰ τῶν
et εἰρεν, h̄. e. à neutro in unū dicitur: ut vi
Pax colligatio, compactio, et unio sit: quum contra
lum animorū, ac p̄udiorū sit distractio. Latinorū
bellū ex veteri voce duellū ē. Duellū a. à duob; p̄
simili sensu, quo Pacē unitatem dicimus. Nec Gr̄icorū
depos̄ dissolutionis significatione obcludere videtur
Est n. l. ex λύω, quod oīa dissolvat, l. n. ex ἀνα
quod oīa sursum deorsumq; verset. Versat, versat
cta bellum: bonas leges versat tollendo: populū v̄
ad arma, adversq; alterū corripienda, excitando:
los versat, ut et adversq; Magistratū arma capia
exstimulando. Et quis inordinata belli effecta

Grotius ac singula sub styli incidem provocare posses: q̄ tñ sa-
 nis, et tñ nobis coognita, p̄ soloe! Difficilimo hoc bello Gallo-
 Germanico facta sunt? Non merito p̄inde rebz Pacis ac
 belli sic statibz, ut ipsu rei nñ fecu fert, cogitandum
 vobis obz ac singulis, A. V., relinquo: annon perpetua
 temporariis, annon latissime patentia in angustia con-
 tractis, annon deniq̄ ea, q̄ certu tōmi usq̄ Obabent ut,
 q̄ foris quandoq̄ tantu p̄sunt, longissime anteferri ne-
 ceantur? Jam v. Pacis lra ac negotia Reip. con-
 veniunt oia; conveniunt sacra; conveniunt pfara;
 conveniunt publica; conveniunt privata: quim contra
 armorum Cfidia, q̄ bello fiunt, contra hostes tantu,
 rebz turbatis, valeant, inq̄ extremo necessitatis inter-
 casu postulentur. Nolo ego. sacata Reic ac Mar-
 plane supvacua p̄nuntiare Fortitudine: id intre-
 p̄nti asserto, privata, et ad Reip. salutem p̄p̄ collu-
 prudentia p̄p̄ tribuendum esse. Hæc q̄ppe non
 tantu, et lra, d. coelestia quoq̄, ac diva subse-
 comprehendit, eiq̄ p̄ religionem, basin Rerum, et funda-
 menta, n̄ libero q̄, d. coelitus demandato jure in forma-
 ribz dirigit, in p̄conibz tuetur, in bonis eò p̄tinentibus
 administrat. Nec v. in hoc argumentis, utpote sacra-
 tione, quod nemo, nisi ratione, et ~~omni~~ Divinitatis cogni-
 tione exultz temere negare ausid, immorari placet. Ja-
 n. inter Vos, V. A., nullos adesse, Christiana mizi-
 fiducia suadet. Inde q̄ ad terrena potiq̄ discedior: in
 solis sagum à togâ superi posse, s. numero, s. pondere
 certem, n̄ e, ut desperem. Quæro a. ex Vobis, Apolli-
 pares Viri, ad Pacem, an ad bellum pertineat, sacris
 q̄ de coelibatu, et matrimonio nexibz idoneu unum
 numeru Reip. p̄curare, asyla forte fortuna p̄fugis consti-
 nere, celebres virtute viros, alibi abundantes, p̄m̄is ad
 evocare; privilegia novis civibz, et immunitates conce-
 dere; Scholas, vitz Civilis officinas constituere; aula splen-
 dore nobilitatem allucere; varietatem, et discrimina

artificiorum ac opificiorum inter cives partiri; iustitiam
inter eosdem ac classibus censu, tribubus, dignitate
etum ordinem sancire; colonias alio emittere; et
tena talia et alia ad Reip. stabilimentum, salutem,
augmentum providere? Respondebitis laudatim: omnia
huc Paci Deberi. Quid porro? nonne pax est: quae
recte bonis legibus, iudiciis, et iustitia substat?
Nonne pax est, quae florente liberi Parentes suos,
inverso naturae ordine liberos Parentes sepelire solent?
Nonne pax est, quae florente bona Civium à tyrantibus
luta sunt, agri à vastationibus liberi sunt, domus ab
cendiis immunes sunt, inimicitiarum omnia, et animas
aliena sunt? Nonne, quod maximum, pax est, quae
recte in aedibus sacris sine ullis impedimentis confluerent
civibus, animarum suas est florentissimas. Scriptura
lis qui confecti, ac collecti, foveis pascere licet.
Quid ex alio pro rebus cumulo nisi occurrit, quod dicendum
Zeit foret. Non enim in vilibus quibusdam, sed maxime arduis
negotio pax occupatur: dum Respublica fundat, fundata
opibus adauget, adaugeta conservat. Unde ei omnia
ut quaecumque pacis huius Reip. partem respiciamus,
longe meliora, quam bello esse respiciamus. Recreantur
diebus cotidie magis et confirmantur. Honorum animi
lar erga Deum cotidie excrevit: mutua concordia
ter civium omnium coalescunt: commercia, et negotiationes
gent: divites exultant: paupertati consulitur. Imo et
moenia, domiciliorumq. tecta letari quodammodo
videntur. Quis quod paulo accuratiori mentis trutin
lia et alia expendens, subito non exclamaret? O delectabile,
bile, o incomparabile pacis bonum! Sed, quum contra
juxta se posita magis elucescant, quanta malum bellum
sit, quantaq. damna, quanta pericula, ne dicam ex
inde in Respublica redundent, videamus. Dulce quod bellum
inexpertis est: an a. expertis pro Rupertis

credamus? Prodeant modo decrepiti senes, qui belli in-
 cendia hanc semel viderunt, inq[ue] ipsis belli flammis
 vix salvi permanserunt, atq[ue] p[ro] me loquantur. Falsq[ue] simi-
 li maloru[m] infinitoru[m], q[ui] bellu[m] seculu[m] trahit, recensione
 sup[er]iore audita, pacem omnes unanimi voce necu[m] expe-
 ctaturi, illudq[ue] Poeta subinde ingeminaturi sitis: Nulla fa-
 bello; Pace te poscimus oes. Verum n. vero squalent
 belli officina omnes: p[ro]strata jacent commercia: ne-
 g[ot]iationes. conquiescunt: Divites ad medulla[m] ^{urq[ue]} enaciantur:
 restim redire res cogunt, paup[er]u[m]: ad desperationem ad i-
 untur utriq[ue]. Paucis: totam temp[or]e bellu[m] evertit, perdit,
 destruit. destruit templa: evertit scholas: perdit familias.
 desiperet itaq[ue], imo p[ro]p[ter] desiperet: quisquis n[on] pacis illa
 q[ui] bellis opib[us] illustra existimaret, indeq[ue] nec
 pacem modis q[ui] p[ro]mota erigere cupet. Exemplo suo ro-
 dit Numa Pompilius q[ui] regiu[m] olim sub Romu-
 nis bellis, et ferox, impiu[m] nisi pacis artib[us] conten-
 derat legitur. Videat Servius Tullius: qui pacis arti-
 in meliore ordine temp[or]e Rom. redegit. Videat Au-
 gustus Rom. imp[er]ator, Octav. Augustus. Is q[ui]pe ipse
 se Romanu[m], lateritia quum accepisset, marmore-
 n[on] belli, d. pacis artib[us] reliquisset. Atq[ue] q[uo]d aliena
 repetitum eo exempla: dum spirantia Germanoru[m]
 oculos versantur? Germaniam certe feliciorum
 quon bello ee et nunc, et olim fuisse, liquidissime
 monumentis historico[rum] cum prisca, tum nostri aevi constat:
 varq[ue] publice olim per Pradone[m] Romae gelatum
 fuerit, nulla gentem fide, et armis ante Germanos ee:
 quonquam et illi alios olim Provinciis, totiq[ue] p[ro]modum
 Europa multa belli mala intulerint. Accusat namq[ue] Ger-
 manos Italia, ab ipsis, et vicinis septentrionis gentib[us]
 quonquam, despoliata, ferroq[ue] et flamma destructa.
 de Germanis Hispania, quam Vandali, illo[rum]
 ad internecionem olim adfluxerunt. Indignat[ur]

Germanis Gallia, per Francos, indomitos Germanis
velut incendio, devastata. Irascitur et Germanis Britanni
à Saxonibus olim sub impio opitulatricis dextera dolo sub
gata, pulsisque veteribus Colonis, devicta. Illarum v. gentium
supra olim virtutis, Germania, impium utulit ois prudentem
bello amiserit, retinet tamen ad huc, atque constanter illam
pacis artibus quæsitam gloriam suetur. Nec quod ergo esse putat
alias requirari terras, et quod nobis doni nascitur, foris
dare. Sed quos lautos heri susurros audio? qui
sertioni nostræ contradicturi, veritatis specie, quod Her
lis clavum, nos è vestigio prosternere laud verentur. An
tu, inquit, nescis, cuncta Orbis impia bello crevisse? An
vid Babyloniam, crevit Persicam, crevit Macedonicam, crevit
Romanam impium bello: nec et illa ipsa impia è situ, et
lore, si per pacis artes stetissent, unquam capita ere
ra fuissent. Ita illi quod obijciunt. Atque Sibylla hoc
uno recte rationis balitum dissipari potest: dummodo facta
inter, et bene facta recte distinguatur. Horum namque
lorum bella plerumque injusta, ambitiosa, iraelia, avara
runt, indeque et impia illa tandem destruxerunt. Ad
justo Dei vindicis iudicio id factum: ut evomerent imper
que plurimarum gentium rapinis ingurgitaverant. Veneti
tra, ut nova cum veteribus exempla conjungam, ex
suo luulentissimo nos docent, pacem impia, ac regna
durabiliora esse, ob Martiarum mentium non unam pie
silitatem, multum et ipsa bello conferendam. Illi quippe
culorum, et ultra terram marique celeberrimum impium
non aliam ratione, quam pacis artibus fundarunt, ser
runt, auxerunt, et ab internis, externisque hostibus
hac defenderunt. Non ergo est: cur aliquis de
nis, qui pariter Romanam à Catilinario exitio pacis
artibus servavit, non minus verissimo, quam tritissimo
subilet: Cedant arma togæ, cedant laurea linguae

Pericul
mentes,
fructu
notior.
prim
idemq
as.
imò nos
ariis n
Belgico,
ano-Su
Suecia,
simis ad
in Germ
ria, h
na ad
llata,
Saxonia
ur: si
as, dev
ricos &
si vinea
studiore
Provinci
agos ex
ortos, r
ex, dte
sic v
hic
Cerne
iarum rudi
lios lib
vittias

Periculosa namq; admodū saluti Reip. sunt Martid illd
 mentes, imò plerūq; humanis reb; exitiales: quoniam pacis
 fructus innumeris triumphis, rectè sententiū iudicio, censeat;
 genti notior. Non vacat mihi nunc ire per singula belli mala,
 primorib; quod dicitur, digiti nodò supra tetigi, iis-
 illa adēq; et aurea pacis comoda è diametro opponere. Ubiq;
 ap. priscos hodiernorū scriptores obvia q̄rela hæc è,
 imò nos ipsi his aurib; nostris audivimus, inq; hęc dona-
 tariis novellis legimus, q̄ ac quanta mala nup̄o bello Gallo-
 Belgico, bello ~~Belgico~~ Gallico-Germanico, bello item
 ano-Suecico miselli incolæ in Germaniâ, in Belgio, in
 Sueciâ, in Daniâ, et ubi non? perpessi fuerint, l. falsis-
 simis aduc lacrymis deploranda. Luget p̄fectò aduc
 in Germaniâ inferiore utraq; Alsatia, luget Fran-
 cia, luget Brabantia, confederatū Belgiū tamna
 aduc luget, q̄ à oriente Martæ terris istis ob;
 illata fuerunt. Dolet et Pomerania, dolet inferior
 Saxonia, Dania, et Scania dolent aduc, ac contristan-
 tur: si incendiis, cædib; exactionib; militarib; diriga-
 as, devastatas, imò fundit; p̄modū everfas urbes; si
 vicos et pagos; si inculta q̄ jacent arva, si hortos,
 si vineas excisas intueantur. Exspatiarini mecum,
 studiores, paululum mente, dum corpore ñ licet, in
 Provincias jam memoratas. Videbitis illic vicos et
 pagos exustos, istic direptas et crematas urbes, hic
 hortos, et agros devastatos. Audietis illic sine ullius
 ex; etatis, aut dignitatis discrimine lueidatos hñes;
 sic virgines, aliasq; honestas matronas q̄ vim supra-
 his cives, et colonos ob; bonis exhaustos congru-
 et alibi p̄tiosarum arcium, templorū, ac scho-
 larū ruderā. Alios alibi, cognosctis, Parentes, alios conjuges,
 alios liberos, alios cognatos suos bello amisisse; alios
 civitas omnes, ac opes ereptas esse, cognosctis.

Cognoscetis Scholas passim ac templa in eglia conver-
aras conspurcatas, suggestus dejectos, instrumenta
sica pedibus contrita esse: nec ming et sacra religio-
monumenta effossa, mortuorum ossa disturbata,
ita fuisse, cognoscetis. Deo scilicet nihil inviolabile
ni hoc bello mansit: nihil sanctum est: undiq oppre-
paci, arces, templa in cineres conflagravit, in rudi-
concederunt: undiq opida, vired, rura, in squalore, in
solitudine, alicubi in silvas exerrarunt. Non possunt
med, credite, tempore linguarum, quod nunc tot, tamq
vibus belli damnis pbe consideratis, in hanc commo-
rationis de ac tristitia plena exclamacionem emittit.
O bellum, minime bellum! O bellum, omnium malorum, in
terrarum orbe, aut universo coeli ambitu respiri possunt
perissimum! O malorum ilias! Sicut v. quicquid usque
infelicitatis est, uno impetu cumuloq in bello, aquarum
suis mare ruentium instar, concurrunt: ita in pacis
adverso spira confluit: quod gratiarum est, quod est
sideriorum. Non imite sane bellum, d. blandiens pax nobis
hac est: ut arva olim solitudine foedata pristinum
cultum recipiant, novamq fertilitatem polliceantur: ut
siferi colles, tam dulce oculis spectaculum, latum cordi li-
rem spentes, revirescant, ac fructus ferant: ut pra-
herbis ac floribus conspersa ad oscula rivulorum rursus
deant: ut armenta, et greges in pascuis tenuis fo-
dis tripudient: ut Moyses, et Corydon in Phyllidis, ac
lactea sub gratiam thalassiones recinant. Quid multum
ut repurgata sint a latrociniis itinera, pax est
ut repurgata sint ab otiosis, et clamosis possessoribus.
Opida, pax est: ut repurgata passim ab ingratis
superstitionum sint templa, pax quoq est. Pax foro
storian, pax commerciis florem, pax Musis otio
donat: pax vitam, fidem, famam terris suis restituit

et quicquid adhuc flaccet, atque licet, quicquid virtutis jacet,
 pax mirabiliter vivificat, consolidat, reficit, elevat.
 Unde et nemo non Mortalius est, qui, dummodo ipsi non cornea
 sit fibra, pacem suam, quam homini novisse datum est,
 verum optinam non desideret: qui auream pacem non ex-
 pectat. Quidni v. ab obsequio bello pax exposceretur?
 Quidni quis Mortalium, pace restituta cuncta restituat bo-
 nam; novis pace restaurata restaurari in foro justitiam,
 in foro religionem, in foro castitatem; novis, pace re-
 stituta reddi Musis pristinum suum splendorem, ac honorem.
 Urbes cum vicis re-integrari videt: agros rursum col-
 videt. In templis verbum sine obstaculo pure doceri
 audit. In scholis bonis literis artibus erudiri juventu-
 tem sine ullis impedimentis intelligit. Quare quum tot,
 tantaque mala bellum, tot tantaque bona pax humano geni-
 asferat: non amplius dubitabitis, A. V., quin hoc illi
 irrefragabilem anteferri debeat. Ego iterum letitia plene
 exclamo: O dulce bonum pacis! O bonum nullis Arabum
 thesauris, nec ullis Indorum gemmis redimendum! Dum
 sic exclamo, non sperire possum, quod nec ipse tuus
 salutis defensor, Christus Jesus, fulcissimum nomen pacis
 abhorreat, d. tanti id potius faciat: ut se pacis Princi-
 pem vocitari permittat. Ne dicam: quod ipsius eternae
 veritatis typus atque idea pax sit. Pacem quae bello quae post-
 ererit? Paci quis derogaret? Absit hoc à me; absit et
 vestra, Auditores Pientissimi, prudentia, et sagaci-
 tas! Ut magis magisque ~~tantum~~ ^{autem} Exegetica huius verita-
 tem cognoscatis, in ipsa vos meum civilis doctrina myste-
 ria penetrate. Certe ultimum finis Societatis Civilis
 quietis est, ac tranquillitas: ob quam comodis speranda, obti-
 nenda, fruendaque cuncti Mortales ad Rempublicam consi-
 derationem ipsius Dei, et naturae iussu instinctus, pendet,
 et ad eandem servationem unanimiter factusque spirat.

Bella v. et turbā non sponte suscipiuntur, nisi ab
sanis, solāq̄ interdū necessitate excusantur. Quis
qui coacta spontaneis, et q̄q̄ eō tendit, cupiat ante
bere? Quis est, q̄ ea, q̄ ultimo omnium Rerum. scop
proximē accedunt, quā q̄ longissime illinc distant, seq̄
velit, ac viliora existimare? Pax ergo tanto ē
rentior, quanto certig ē, ipsam Rerū. originem
ter ac firmam cum pacis, non item v. cū belli artib
suavisimē ac p̄petuō connecti. Accedit huc, q̄ ipse
bellum pacis sit instrumentum: quo illa ipsa paratū
imō, si verum fateamur, milita pacis particula
est, et appendix. Quid? nonne ob pacem ac tranquillit
publicā promovendā, restaurandā, reducendā bellū suscipi
Suscipitur ois. Pax bello paritur ap. Negotem Epam
das ait. Et gravissimū ille Rom. Consul, Tullig,
ita suscipi vult: ut nihil aliud, nisi pax q̄sita vide
Ex oim id seculorū memoriā infinitis exemplis dem
strare possem: nisi iterū Spiraantia, q̄ plū movere an
solent, ante oculos nostros versarentur. Certē, q̄ pat
nostra fines Turcarū, Tartarorumq̄ furor barbarū
atingat, armis post Deū debem. Quod libertatem,
religionem, inestimabilis bona Christi, hostes Evangelicā
si veritati non auferant, bello, optimo pacis consequē
dio, acceptū ferim. Pacem, credite, ferro consequimur,
ferri pacem quimus. Ideoq̄ et belli negotiū pacis otio
stra curid, togā arma, leoi gladiū, h. e. ut verbo dica
paci bellū plurimū cedit. Propter quod n., Logicorū
fili dicunt, unumquodq̄ tale est, illud maior ē tale:
talq̄ et ipsa rāo, id semp̄ nobilitig ē, atq̄ excellentig,
lius causā alterū dignitatē aliquam obtinet, ac
tur. Ineptus ē, imō stolidus: qui aureo hamo piscatur
Aptig dicam, vultis? Rationis onis exs est: q̄ in
meritū absolutissimo op̄i, cui pficiundo vice adsi

si ab antiquo, aut, q nobilior instrumentum operi longe vitiori
 quis videret. Pax p inde, utpote rarior, et difficilior, non imerito
 longe major bello, ac difficilior sumis. Rectoribz, boniqz
 inipris, magnam auctorem testimonio, censetur. Livianu me
 testimoniu adduco. Sic namq Livius, Mare Tranquillu Ca Scaligero
 ius, ait: Excellentibz ingentis citius defuerit ars, qua civem
 egant, quam qua hostem superent. Alium aduc locupletissimam fi-
 testem addo. Addo Caesarem: at quantum imperatorem? Impera-
 rem sumum, imperatore et tideris, et armis olim clarissimu. At
 quantum Historicum? Historicu in Rom. Historiam primu: q, ne saepe
 videretur dorus, ita scribit: Firmanda est Resp. non armis
 sed, neq adversus hostes; d., q multo major, multoqz asperius;
 pacis artibz. Quid illustrius, q potentius q causa nostra hoc
 ? Vos, vos, Viri pacis merito longe celeberrimi; Vos pacifici
 codo Nuntii; Vos qetis amanti vray Doctores, ac Cultores;
 inso, appello: ut vestru in bona hac causa mihi pollice pre-
 abis, cum Augustino universi ac singuli clara voce asseratis;
 facit bonu esse, ut in rebz ^{erectis} nihil gratiosij audiri,
 delectabilij percipi, nihil utilij eo possideri gat. Dixi
 ego, et cum tenerimaru forte, delicatissimarumqz aurium
 respicere ludo dixi, multis parasangis pacem bello antevire: eo
 pacis bona perpetua, belli bona v. temporaria saltem sint;
 pax ad dnm quoqz, bellu ad suam tm pfiat; quod pax fructi-
 fit, bellu ex adverso piculosum, exitiosum, perniciosum existat;
 pax quoda qu. Amaltzed cornu, bellu omnium maloru ter-
 sel, et illis; quod ipsum deiqz bellu pacis instrumentu sit,
 et militia reliquam pacis artium particula quoda,
 appendix sit. Hae, hae sc. cura sunt: quibus o claudicas

in ea de pacis prerogativa incedit sententia: hae fulera
sunt: quibus unice illa nititur. Quotusquisq; ergo vestrum
H. V., est: qui de re tam necessaria, tam late patente, tam
fructuosa, tam jucunda non decernat, necunq; demum non
exclanet? O pacem bello longissime anteferendam! Ecce
C. genitrix infumet Scipionem habeo. Is quippe publice
sus legitur: Se, quanquam tot exercituum in Hispania,
lia, et Africa victor esset, nolle tr. unum civem servare, quod
mille hostes occidere. Civem servare ad pacis, hostes occidere
ad belli spira pertinet: e quib; quodnam emineat tempus
pacisne, an belli, l. uno hoc tanti viri iudicio commode illig
potest. Quod Superest, appbate, Auditores O. O. Honorabili
mentem viri, atq; serio in animu inducite, nihil pprius a
Reip. finem accedere, quam pacem; nulli rei consummati op
nomen deberi, quam paci; nulliq; deniq; rei gloria maiore esse
quam pacis. Id se. omne credite, atq; deinceps tam emineat
pacis bonu eo magis amate, semp laudate, ubiq; colite.
Etiam eam amplectimini pacem: q; durior, q; iniquor videri
possit. Praestat enim adfligi modice, quam evertere
peritus.

Dixi

SAMUEL Trgültz
Sorā - Lusat

INTERLOCUTIO.

259

Si quid est vultibus vestris, Auditores, inclutis in
universum nominibus compellandi, divinare mihi liceat,
quod applausui propiores notasse mihi videor, quam in-
dignationi, primam illam de Pace Bello preferenda
sententiam, quam procul dubio bene percepistis omnes,
fideliter hausistis singuli, per omnia reprobendam san-
existimatis. Fortasse autem aliqui Vestrum ideo non
refragabuntur: quia bellum, quod in expertis tantum
dulce est, tot enormissimis flagitiis ac sceleribus for-
dum senserunt dolueruntque vehementissimè, quod bene-
ficia nunc à pace sperant, majorem indies isthinc ex-
pectant. Assensum alii præbebunt faciliorem: quia
plerique Vestrum pacem potius, quam bellum instituti
sunt convenire agnoscunt. Quid? Nonne Vos Rectores
ac Praesides Reipublicæ ea frequentius consilia in curiis,
in aliis vestris promittis: quæ, postquam Vobis adju-
ribus restituta est, tranquillitati stabilicendæ, et ad poste-
ritatem propagandæ apta sunt et comparata? Non-
ne Vos, Sacrum Antistites, ex publico suggestu quo-
tidianus pro pace intercessores agitis: ne tam gramine
mortalibus concessum munus celesti nobis ira denuo
eripiatur? Neque et Vos, utriusque Juris periti, alia vo-
ta animis vestris volutis ac revolvitis, quam quibus
et publicæ rei et Vestræ Professioni congrua quies ex-
petatur. Multo minus Vos, medendi Artifices, aliam vi-
tæ fortunam majori odio habetis, quam quæ vitam
per se brevem, multis sæpè millibus uno in prælio ca-
dentibus, frustrato longæ artis auxilio, adhuc breviorum
reddit. Vos denique, quotquot bonarum artium præsti-
ter ac cultores estis, et, vix ubique revocatus, serio amat,
fortiora adhuc, quam Vulcanus olim, retia fabricare,
vultis ac precibus jam tentabitis, ne ad pristinas gradi-
vur ille Pater furias regrediatur. Ego vero, quam tur-
pe nefas est, iudicium de pace præcipitare, eamque bello
prius quam illius quæ causa acta fuerit, protinus præha-
bere: pax etiam si valde optabilis sit nostris rebus exi-
miè conducat. Neque ergo illum jam antea in consulta-
tionis Sævis societatem adscitum desere puto: qui das

partes libens in se suscipiat, proq[ue] belli prerogativa
cat. Sed seu, bone Iuvenis, dic mihi libere, — ^{an} ~~an~~
bello decernenda sit prerogativa? Tametsi enim
non in castris dicturus sis, sed in schola: recordaberis
tamen, illam Augustam esse, et ipsam, tam pacis, quam
belli artibus primitus dicatam ac consecratam fuisse,
unde nec ulla Te, quicquid tandem senseris, pericula
terrebunt, nullaq[ue] linguae procacis probra nocebunt.
Attendum est atq[ue] fortis bona causa iurabitur.

DIXI

Georgio Rudolpho à Z...

Pro
in
publ
dus e
teris
studet
pugnand
hilne
Marte
iudicia
num in
dem a
don
genta
satis
belli i
ne quid
loquere
non ex
finem
vendi
terrent
tur.
obstat
qui p
dubita
dyri n

SUTFRAGIUM 260
II.

de
BELLIPRAE-
GATIVA.

Quousq tandem, Commilitonum Coniunctissime, qui
in publico hoc Consultationis negotio mihi adju-
ctus es Sociennus, Gradivi Patris patientia ab-
teris? Quandiu illum spatiosa haec tua oratio
studet? Quem in finem se tuus in afferenda et pro-
pugnanda pacis prerogativa conatus iactabit? Ni-
hilne te rei prostrata fulgor? Nihil tot
Martis potis quam Arte celeberrimorum, Heroum
iudicia? Nihil splendidissimorum horum Audito-
rum in iudicando aequitas? Nihil tenerrima eorum
dem aures, nihil ora, nihil vultus movent?
Non certe omnia aequo firmo tua stant argu-
menta talo: neq, haec quid sibi velint, inter omnes
satis constat. Pacis eminentiam propugnasti;
belli impugnasti. Tacuissim ego equidem hodie,
ne quid, gratum minus quod esset Auditoribus,
loquerer. At vero diuturni silentii, quo tenuis haec
non ex timore aliquo, sed verecundia usus sum,
finem animosa bello praeminentiam suam affe-
rendi cupido attulit. Nihil namq, nihil me
terrent arma, quibus belli praestantia impugna-
tur. Neq, et ullus animo metus, timor nullus
obstat, quo minus illam ab injuria, quam is,
qui pro pacis gloria dipit, aspergere bello haud
dubitavit, in hac splendida Auditorum Lane-
gyri masculi vindicem. Sed quid metum? quid

timorem nomino? Etenim, quantumvis timor
metu causa à me abesse haudquamquam possint
plurima, (est namq prioris suffragatoris praecor
^{speciosas,} est plausibilis ejusdem opinio; est et amica illius
Sodalitas:) verbosi tamen terrores dudum à me
ni sic ac negligi ceperunt: ut supersit plane
hil: quod prohibere possit, quò minus pro belli
necesse bellum in me suscipiam. Ohe verò
tacere? quos expectare? quos mirari in se
abductor intueor? Videor namq mihi, ni fallor
singulorum & animos & cogitationes et oculos in
defixos videre. Quid hoc significat? Omen
latum accipio: accipio ex Auditorum vultu,
fronte eorum latum omen; omen est et oculis
accipio latum; atq hoc ipso alto silentio, omnia
ac singulos in venerabili hoc Confessu causam
mea favere colligo. O jucundissimum! O
tabilem affectum: qui quidem me ita afficit:
omnes sensus pertentari mihi videantur atq
terminari penè et extra se poni! O affectum
quo veluti stimulo aliquo pungor! ita quovis
animum meum ille agitat atq inflamat:
causa praesentis patrocinium & majori fiducia
quam initio proposueram mihi, jam nunc in
suscipiam. Epulet igitur timor omnis: omnia
epulet animi metus: dum totis praevimur
ditorum benevolentia, dum & ejusdem in iudicium
aequitas latere me amplius non potest. Epulet
repeto, tremor omnis ac pavor! Nam si
plex et nuda veritas regnat; simplex & nuda
veritas triumphat; simplex et nuda veritas

timorignabit; simplex et nuda veritas triumphabit. Sed
 quid iuxta haec de ipsa Arbitri deperitate di-
 cam? Ecce enim neg. haec, quod spero, a praesenti
 consultatione aberit. inde et ipsa ferè sola est:
 animus meum in propugnandâ belli praeminen-
 tiâ tantoperè erigit: ut eò majori confidentiâ
 rem aggressurus sim; quò certior palma auferenda
 mihi nascitur. Aggrederer omnino rem pro-
 positam, deperitati, quam et aliunde comperitam
 habeo, tam boni Arbitri confisus, nisi mihi prior
 suffragator haud obscuram vincendi praese-
 ferre videretur confidentiam. Stupescimus enim
 dum fatio auribus meis credo, atq. identi-
 dem me an talia unquam audierim, interrogo.
 Animus interim meus cur concidit? cur confiden-
 tiam omnem amittit? Confidentia quippe illa adeo
 perterrificare me non potest: ut ne contra au-
 dentior eam atq. pugnando experior, eccui pal-
 ma, mihi an antecessori meo debeat? Non
 enim, quantum possit veritas ubiq. triumphatrix:
 licet ante victoriam Boeana canere, aut Jo-
 triumpha! Romanorum illud, adhuc durante con-
 flictu, exclamare, nec fatio tutum, nec fatio mo-
 desum sit! Quid? quò et iniquum q. a meritis
 summorum in orbe Heroum, ab ipsâ etiam,
 si benè constituta, civilis vita ratione, nec minus
 a fide Annalium, quibz cultissimarum gentium
 iudicia exhibentur, longissimè remotum sit, sum-
 mam paci tribuere gloriam. Quid ergo fe-
 lip faustum fortunatum sit, ad pensum meum
 iamjam me revoco, praerogativam suam bello ma-

scilicet vindicaturus. Annuitis, Auditores omnium quibus
ordinum honoratissimi? Imò annuitis; et utrumque
michi promere pollicem incipitis. Novi namque
gram benevolentiam; novi in auscultando promp-
titudinem ac facilitatem; novi in iudicando equi-
tatem. Sed ut aliquantò major benevolentia
praesens appareat, animum advertite, quæso, me
salientibus afficite oculis, æquis mihi favete au-
mis, vacivasy auriem ader, ut benevolentiam ve-
re ipsa declaretis, dicturo recludite. Liquidam
ego belli eminentiam et ita quidem planam fa-
am: ut eum, qui pacis prerogativam tantopere
ng hac afferuit, sententia sua poeniteat, omnes
cordati simul intelligant, quæ, qualis ac quantitas
belli præ pace sit eminentia. Ubi verò
pam? ubi desinam? quid primo, quid secundo
dicam? Placet, placet omnino, antequam ad
sententiam meam meridianam lucem, sicut spero,
ut afferendam accessero, paucis prius ad ea, quæ
adversum hujus consultationis suffragium, qui
pacis gloriam dixit, nititur, respondere atque
demum belli pacisque discrimen subjungere, simul ac
prerogativam belli non specioso vocum apparatus
sed firmis rationum momentis fulcire ac solidare.
Sola pacis bona esse perpetua, belli autem tem-
poraria, curiose prerogativa pacis vindep dicitur
tas. Tu verò ex animo ita sentis? Vix fidem
aliter facies. Quid enim? an nescis, ut vires, pro-
pter subditorum tranquillitatem conservandam, et
incertor adversarios compescendos semper in paratibus
habeantur, omnino necesse esse? An nescis, arma
in manibus Principi semper esse habenda: ut

quibus solis pap conservari et reparari potest?
 ut neq, militaria opera proliis exercenda esse. utpote
 quibus unice efficitur: ut ne semper bellandum nobis
 sit? Conspicit, the - germana fides, haud raro in
 mediâ pace bellum, transeuntq, securitatis auxilia in
 metum: ex amico fit inimicus, hostis ex socio. in sub-
 itas hiberniq, majores tempestates definit astiva tran-
 quillitas: sine hoste saepe saepe patimur hostilia. Non-
 cum itaq, tantâ animi confidentiâ belli bona tempora-
 ria dicere erubescis? Norunt vel ipsi Histori-
 corum pueri, pleriq, cum prisca tum hodierni aevi Res-
 publicas raro à bellis fuisse immunes. Sed exempla
 forte desideras? Heus! Explica mihi librorum
 volumina: ex cute memorias veteres: relege tempora
 retro lapsa. Carthaginensium, Lacedaemonum nomi-
 na nosse discito ac dicito mihi: quae pap, quae
 populis illis quies fuerit? Nulla certe pap,
 nulla quies utriusq, fuit. Sed quid Carthaginenses, quid
 Lacedaemones ex longâ antiquitate rejecti à te volo?
 Explica Romanorum monumenta; ex his quippe pate-
 bit tibi: quantum intra tot seculorum decurias tem-
 porum intervallo Jani sui templum claudere ipsis
 licuit: Obruimur sanè, ah! obruimur exemplis:
 quocumq, enim oculos, quocumq, animum vertimus, exem-
 pla occurrunt quamplurima. Belgicam videamus
 pra caeteris Republicanam: hic certe ullor illa paci-
 fica quietis vidit annos. Venetorum quoq, quam
 à studio pacis multi tantopere commendant, Repu-
 blicam videamus. Duodecim enim illis, quae supera-
 vit seculis, parum àb armorum usu interquievit.
 Et si quae pap, si quae quies obtigit, non alio
 tamen nisi belli subsidio utraq, parata ac parata

est. Paritur utiq; et paratur pro bello, quia
diutina volunt frui, armis instructor esse oportet
ostendamus arma: pacem habebimus. Hac enim si
velimus, omnino bellum gerendum est: quod si inter-
mus, pace nunquam fruituri sumus. Verum per-
hac: quum neminem tam bardum, tam tardum, ni-
minem tam rigidum, tam frigidum censorem esse aut
qui non id mecum in sum inducat animum, ut crea-
non tam belli, quam pacis bona temporaria esse
Coeterum quid audio? Ecce res acerrimus paci-
Vindex ac negotia objicit: quod bellum videlicet
non ad omnes res in tuto collocandas semet opte-
dat: quod si ipsum non omnibus negotiis ag con-
dum aptum sit. Quid ais, Commilito? Leve
certe atq; infirmum est, quod objicis. Reclamant
et ipsa haec subellia: reclamant parietes: re-
mant haec docentium pulpita: ut mirum sit, per
pace talis sine prepitu dici potuisse: ut mirum
sit: per Auditorum patientiam ac mansuetudinem
audiri talia potuisse. Verum enim vero, per immo-
talem Deum! nonne imperanter bella pro lege
ac grege, pro aris et focis gerunt? Gerunt utiq;
non pro regione tantum sed et religione bella. Non
enim (ut in numero bello factum) rerum divinarum
tutelam à se ducunt alienam. Ne dicam, quod
res humana qualibet, ut loca sunt civitatis,
met cives ac Principes eorum, bello praecipue in
collocentur. Omnes siquidem res, omnia haec nos-
praedara studia et haec forensis laus atq; in-
gratia in tutelam et belli praesidio consistunt.

Diute
quodq;
adest
obsequ
quam in
hostes
tonitru
tant: q
dum, q
nibus in
parand
modo
est, qu
tatem
que tra
foret
dicam
pigit
loquun
quatu
loquunt
fime si
bello
omnia
igitur
super
Vih
Res
tuto

Dicite heic mihi, scitis, quotquot iudicare potestis,
 quotquot eruditione plurimum scitis, dicite quotquot
 vestis: quid faciendum, quum concitatissima militum voces
 obsequunt: quum in foro armorum fragor aures ferit:
 quum in plateis hastae micant: quum in omnibus angulis
 hostes immitant: quum machinarum tormentorum
 tonitrua aërem concutiunt: quum faces per tecta volu-
 tant: quum gladii ferunt. Dicite, quid est facien-
 dum, quum omnes familias nocturnis diurnisque incur-
 sibus infestant hostes. Milites conscribendi sunt: arma
 paranda sunt: vis si repellenda. Nec enim cap alio
 modo, si visoletur, vindicari potest. Mars igitur, Mars
 est, qui nobis otia facit: Mars est, qui nobis tranquilli-
 tatem procreat. Et sane, quae posset esse securitas?
 quae tranquillitas, quae felicitas, si absq; bello respublica
 foret? De ceteris autem quid eloquar? quid
 dicam? Dicere me propter sermonis longitudinem
 piget. Loquuntur interim pro me totidem regna:
 loquuntur urbes: arces, sicut ac pagi loquuntur: lo-
 quuntur templa: loquuntur curiae: loquuntur schola:
 loquuntur et omnia, quae fundamentis aeternis quam altis-
 sime sita sunt aedificia, atq; à bello se custodiri, à
 bello se conservari, à bello se vindicari, per bella
 omnia esse tuta ingenium fatentur. Profiliat
 igitur pennis heic pacis propugnator, attollat
 supercilia, suspendat nasum, frontem perscribet!
 Nihil is certe efficiet: ludos et iocos dabit.
 Res namq; omnes, omnia et negotia per bella in-
 tuto collocari, tam manifestum est: ut, negitare id quod

ausit, lucem soli adinere videatur. Cuius
sit: nec tamen Caesarum ac Regum, qui pacis gloria
indicare tanto opere conatur, exempla tunc trahere
dubitat. Numam scilicet Pompilium, Servium
Tullium, Augustum et alios quosdam in senam producit
atque sub his quidem ipsis pacem Republicanam Romam
firmasse, bellum contra eam plerumque destruxisse, in
asserit. Diu sero ante mihi in animo isti, quibus alii
seus factor, eorum suborti, dingeret ante rejecti
Absonum enim hem! absonum est, primum aliquod
imperium, faciem pristinam non retinentium, nunquam
in solum bellum conicere: quum rerum omnium quidam
sit circulus: neque ad pacem eternam Republicanam
prospicere queat. Regerit, qui pacis praeminentiam
tam constantem assertam vult, Germanos felicioribus
pace quam bello ad nunc esse, et semper fuisse, in
Germaniam minus hodie bello quam pace claram
sere. Quid audio? itane fas est, hoc simpliciter
credere? Minus enim sufficienter id probabitur: quod
Germani post nitidiorum patriae culturam a bellis
artibus quicquam remiserint: postquam notissimum
uni licet imperio tot nationes inexas (Imperium
Germanici status vocant) inter omnia maiestatis iura
vel praeterea ius belli, quod potentiorum singulis
habent, ceteris omnibus antehabuisse, suae
bertati tutissime sic prospexisse. Ceterum
nihil bellum Macedonicum terret, nihil
num, nihil et nuperum, quod in hanc rem ob
Germania terret bellum. Non exspectandum

diffiteor, diram ac duram rem esse bellum plau-
 strag secum injuriarum et violentia trahere:
 nempe, connivente Imperatore, milites armis ab-
 utantur. Nec et diffiteor, in acie sine lege versari
 et armatis manibus cum hoste conflagere, immane
 quiddam et beluarum simile esse. At vero rectum
 ac legitimum belli usum quis propterea tolleret
 improbare? Nemo videlicet sapientum ignorat,
 singulis forte utentibus imò abutentibus
 personis tribuenda tantum, rei per se innocenti la-
 neutiquam posse affricare. Ipsemet fateor, for-
 ac magnanimos habendos esse illos, non qui faciunt
 injuriam, sed qui propulsant. Bellum propterea
 non est detestandum: neq. et bello id imputandum est,
 si vitis Ducum ac militum vitia in bello crescunt.
 sed ut improbari subinde semper debeat, si
 quis severis in hostes statuat. Est me-Christi-
 utiq. utilis quos rei maximus abusus: perin-
 ut pravissima quoq. contra ingenium suum in-
 melius operant. Unde si qua magis enormia
 se bello intermiscant, ea non tam bello quam
 flagitio belantium unice imputari merentur.
 sunt paci sua incommoda: intermiscant et
 paci se mala non una. Et famer, et pestis non
 raro in mediâ rerum omnium tranquillitate ter-
 roribus incumbere solent. Imò saepius et frequentius
 evenire solet: cum atendo incolarum numero,
 bella quandoq. imminunt et ad aequilibrium
 agrorum saepe industria non amplius

sufficit, dum peccantium multitudo blandiorem
se Coeli tempestatem avertit, Numeng sic iras
